

communis Aq. lin. 15. reducendum fidem l. reducendam. Iidem.

MCCXIX. col. 170. n. 155., & col. 171. n. 156. vide supra in not. ad doc. an. MCCXVIII.

MCCXX. col. 171. n. 157. Nonnulla irreperunt sphalmata in exscriptione hujus documenti, quæ præstabit hic notare, quoniam præ manibus habere membranam contigit, quo simul & nonnulla typografi corrigemus. lin. 39. mei legitur nostri. lin. 42. ullo l. nullo. lin. 45. istis l. & istis. lin. 47. incurisse l. incurrisse. lin. 55. post Meladio adde & Merli de Cunchis Archipresbiterorum, Presbiteri Lanfredi Cantoris, Agradi, Pauli, & Arnaldi. lin. 57. ejusdem Ecclesiæ l. Plebis ejusdem. lin. 60. jura l. cura. lin. 62. post constituti hæc adde: sexaginta solidos Papienses tantum Archipresbitero pro beneficio sæpe dictæ Plebis annuatim percipiendos assignans. Ut autem præmissa unio sine mea, ac successorum meorum, & cujuslibet persone contradictione firma, & rata perpetuo maneat, & in-

violabiliter observetur præsentis scripti patrocinio communio, & confirmo eandem, statuens, ut nulli hominum omnino Clerico, vel Laico meæ jurisdictioni subiecto liceat hanc paginam unionis, & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attemptare præsumferit indignationem Dei Omnipotentis, & B. Mariæ semper Virginis se noverit incursurum. Datum &c. Col. 172. lin. 2. VV. l. VVilhelmus. lin. 3. Pardus . . . Musius . . . l. Barillus . . . Mujus. 30 adde in fine Quæ privilegia supradicta (Adriani PP. IV. anni MCLV., & istud Anselmi) Ubertus Archidiaconus Aquensis præcepit mihi F. Notario, ut autenticarem, & in publicam formam redigerem. Actum in Sacristia Aquensis Ecclesiæ anno Domini MCCLXXVIII. indictione VII. die lunæ XIII. novembris. Interfuerunt Dominus Presbiter Petrus Præpositus, Dominus Ogerius, & Dominus Bonus filius Aquenses Canonici. Ego Fredericus Robellinus Notarius. Ego Bonus filius Canonici, 40 & Notarius. Ego Belengius, &c. In Tabulario Capituli alia quoque reperta est membrana, in qua hoc idem unionis decretum extabat, quod Villhelmus Electus Ep. Aq. petentibus Canonicis edi a Notario jufferat. Sic autem incipit. A. D. J. MCCXLII. indic. XV. die jovis secundo exeunte octobri in Castelleto Aquis. in præsentia Dominorum Simonis Canonici Aquen. Arnaldi Judicis, & Simonis Gastaldi D. Episcopi Testium rogat. D. VVilhelmus Aquensis Electus præcepit mihi infra scripto Jordano 50 de C. Notario, ut infra scriptum instrumentum exemplarem, & in publicam formam redigerem, cujus tenor talis est. In nomine Domini Amen. Noverint &c. Causam autem, ob quam anno 1279. novum exemplar ex autographo solemniter extrahi curaverint Canonici, puto perspicue cognosci ex alia membrana ejusdem tabularii, quæ continet provocationem ad Archiepiscopum Mediolanensem a quadam possessione Plebis de Calamagna, quam Paganus Guasceus Can. Alex. dederat cuidam Luixio de Mur- bello. En chartam ipsam.

anno Nat. Dom. MCCLXXVIII. Ind. III. die Martis XXV. mensis aprilis in Alexandria scilicet in Bergolio in platea Guaschorum presente DD. Oberto Cane, Pruino de Guaschis, & Anrico Oliva testibus vocatis & rogatis . . . Belengius Stephanus Muri de Stephanis de Aquis Syndicus &c. & gastaudus majoris Ecclesiæ de Aquis, sicut patet per instrumentum &c. MCCLXXV. &c. representavit D. Pegano Guasco Canonico majoris Ecclesiæ de Alexandria infra scriptum libellum appellationis, tenor cujus talis est: cum vos Domine pagane Guasche Canonice majoris Ecclesiæ de Alexandria, qui dicitis delegatum esse a D. Archiepiscopo Mediolanensi in hac parte, & prout intelleximus ex relatione eorundam dederitis vel tradideritis possessionem plebis S. Mariæ de Calamagna, quæ in Aquensis deocexe & posse plaxani constituta cuidam puero nomine Loixio nato q. Frederici de Miribello proprio Marte potius quam judicio rationis non vocato neque citato Aquensi Capitulo, cui dicta plebs seu Ecclesia per privilegium bonæ memoriæ Domini Anselmi q. Aquensis Episcopi est conjuncta in spiritualibus, & temporalibus, ita quod ille qui est archipresbyter majoris Ecclesiæ de Aquis est archipresbyter dictæ plebi, & Canonici Aquenses sunt similiter Canonici dictæ plebis de Calamagna, quam Ecclesiam seu plebem per unionem prædictam dictum Capitulum Aquense tenuit, & possedit & tenet & possidet per L. annos & ultra, & a L. annis citra continuæ & dicta unio est & fuit dictæ Aquensis Ecclesiæ sive capitulo & eidem per Dominum Papam ex certa sententia, & speciali privilegio confirmata. Unde cum vos prædictam possessionem de facto potius quam de jure contra absentes & non citatos neque vocatos præstiteritis &c. Idcirco ego Belengerius syndicus & procurator dictæ Ecclesiæ, ac Capituli Aquensis benignitatem & sapientiam vestram nomine dicti Capituli deprecor omnimodo quatenus id, quod in prædicta plebe per vos contra capitulum Aquense de facto processum est revocare dignemini & velitis, alioquin sentiens me ex nomine dicti Capituli, & dictum Capitulum per vos indebite & enormiter adgravatum: ad Dominum Mediolanensem Archiepiscopum in his scriptis appello &c.

Ego Rufinus de Garino N. S. P. interfui &c. Illud addendum me nescire, unde V. C. Chenna p. 19. del Vescovato ec. d' Alessandria acceperit, hoc documentum pertinere ad diem XIII. febr. cum huic diei nec dies mercurii conveniat, nec exemplaria suffragentur. At cum in ejus opere nonnulla detexerim errata, quæ vel exemplarium varietati, vel eorum vitio adscribi merito debeant, idcirco gratam tam ipsi, quam lectoribus facturam rem puto illa hic adnotare. Cum enim exacta temporum ratio historia sit fundamentum, si illa nutet, & historia fidem nutare necesse est. En itaque errata, quæ indicavimus per paginas præfati operis.

DCCCCXCV. dipl. Ottonis III. Eccl. Aq. pag. 152. corrige DCCCCXCVI. v. col. 14. n. 8.

MX. dipl. Henrici II. &c. pag. 152. corrige MXXXIX. v. col. 26. n. 16.